

tolicam prefatam ex una, & prefatum Ferdinandum Regem ex altera partibus inita, spectat, & pertinet, infra duos menses adeptam per eos ipsorum duorum de *San Millan*, & de *Cervatos* respective nuncupatarum Abbatiarum possessionem immediate sequentes cedulam regiam ab eodem Ferdinando Rege, sine qua illarum respective redditus cultibus eorum persolvitur nequebunt, reportare teneantur, & obligati existant, & si eveniente vacatione alicujus ex dictis quatuor dignitatibus, ut praefertur, affectis, inter unius *Magistralis*, & alius *Lectoralis*, & alius *Doctoralis*, & reliqui *Canonicatum*, & relique *Panitentiarie* respective nuncupatarum praebendarum respective possessores non adsit, qui alia careat dignitate, tunc hujusmodi dignitas, ut praefertur, affecta, & vacatura tandem vacans remaneat, donec aliquis eorum existat, qui nullam dignitatem habens illam assequi possit, & interim illius fructus, redditus, & proventus, ut supra, aestimati fabricae dicte metropolitanae ecclesiae applicentur, & concedantur: & si contingat, quod valor hujusmodi dignitatis, ut praefertur, affectae, & vacaturae juxta estimationem superius expressam sit ultra summam duorum millium, & ducentorum quinquaginta regalium dicte monetae cultibus ex dictis quatuor dignitatibus, ut praefertur, affectis concessorum, & assignatorum, quidquid tunc superest, eidem fabricae ipsius metropolitanae ecclesiae erit applicandum, donec superveniat vacatio alterius ex dictis quatuor dignitatibus, ut praefertur, affectis, de qua alter ex dictis quatuor Canonicis quatuor dignitates hujusmodi affectas habentibus providi possit.

§. 18. Et ulterius, quod in vim concessionis, & assignationis praefatarum, ut supra, factarum singuli possessores singularium reliquiarum dignitatum in dicta metropolitana ecclesia, ut praefertur, extirparum deinceps praecisa residentiam in eadem metropolitana ecclesia facere teneantur, cui tamen praecisa residentiae pro tempore existens Archidiaconus de *Bribiesca* nuncupatus, in ipsa metropolitana ecclesia, vel in collegiata ecclesia loci de *Bribiesca* praefate Burgensis diocesis ad sublimitatem juxta ipsarum metropolitanam, & collegiatae ecclesiarum respective consuetudinem residendo, ad effectum fructus, redditus, & proventus dicti Archidiaconatus de *Bribiesca* nuncupati faciendi suos, satisfacere censebitur: ex ipsis vero fructibus, redditibus, & proventibus dicto Archidiaconatu de *Bribiesca* nuncupato integraliter, ut praefertur, relictiis, quatuor mille regales dicte monetae detrahi debeant, pro distributionibus quotidianis ab illum pro tempore obtinente horis canonicis, & divinis officiis in una, aut altera dictarum metropolitanarum, aut praefati loci de *Bribiesca* collegiatae ecclesiarum juxta modum ab infrascriptis Judicibus praescribendum interessendo lucrandis: ita ut eundem Archidiaconatum de *Bribiesca* nuncupatum pro tempore obtinens praefatos fructus, redditus, & proventus, ac praefatas distributiones quotidianas, residentiam, & interuentiam hujusmodi respective non praestitis, etiam respective amittat, illique, & illae pro una eidem fabricae dicte metropolitanae ecclesiae, & illarum fabricae dicte ecclesiae collegiatae praefati loci de *Bribiesca* erunt applicandi, & applicandae, prout dicta apostolica auctoritate etiam perpetuo applicamus, & approbamus.

§. 19. Et ad evitandas perturbaciones ratione praecedente sedendi in choro dicte metropolitanae ecclesiae inter futuros illius Capitulum, & Canonicos, de Dignitates, & Portiones in ea obtinentes oriundas, in eodem choro ipsius metropolitanae ecclesiae, Decano videlicet primatum, & digniore locum, & Archidiacono de *Burgos* nuncupato secundum, & Archidiacono de *Bribiesca* etiam nuncupato tertium, & Archidiacono de *H. Alpuerta* pariter nuncupato quartum, & Abbate de *Covarrubias* similiter nuncupato (qui tamen habitum praetium, quem pro tempore existens Abbas de *Covarrubias* nuncupatus gestare solet, prius dimittere, & habitum adinstar aliarum dignitatum dicte metropolitanae ecclesiae in futurum omnino induere debeat) quintum, & loca immediate sequentia reliquis aliis ejusdem metropolitanae ecclesiae dig-

nitatibus cum praecedentia inter reliquas dignitates hujusmodi respective obtinentes usque modo observari consuevit, & reliqua loca post reliquas dignitates hujusmodi, ut praefertur obtinentes, quatuor Canonicis, *Magistrali*, videlicet, ac *Lectorali*, & *Doctoralis*, ac *Panitentiarie* respective nuncupatis, postquam tamen ipsos, ac ipsarum quemlibet praefatas quatuor dignitates, aut ipsarum quemlibet eorum canonicatus, & praebendas respective, ut praefertur, affectas etiam respective obtinere contingat, & quousque casus hujusmodi non evenierit, hic ordo servetur, ut qui canonicatum, & praebendam obtineat, cui cujuslibet ex praefatis quatuor dignitatibus affectio prius, ut praefertur, effectum habuerit, reliquos praecedat, qui canonicatus, & praebendas, quibus posteriorius reliquae dignitates praefatae cum effectu fuerint affectae, obtinuerint, & reliquis canonicis, in quibus etiam praefati quatuor dum praefatas quatuor dignitates ipsorum canonicatus, & praebendas, ut praefertur, affectas non fuerint assecuti, aut eorum quemlibet non fuerit assecutus, comprehendebantur immediate sequentia loca juxta ipsorum in Canonicos receptionis antiquitatem: post quoque omnes sequebantur duo *Magistri* ceremoniarum, & duo *Portionarii* Rectores, seu *Curati* dicte parochialis ecclesiae *Sancti Jacobi*, ordine etiam antiquitatis inter ipsos quatuor servato: & successive decem ex octodecim integris portionariis per Nos, ut praefertur, declaratis, vulgo de gratia nuncupatis, quorum portiones nullum peculiare munus, aut officium est inunctum, servato paciter inter ipsos decem eodem ordine antiquitatis, ac deinde praefatos *Magister* capellae, & post ipsos praefati quatuor Subcantores, totidemque *Musici* de voce nuncupati hujusmodi, ac praefati duo *Organistae*, juxta antiquitatem etiam his posterioribus decem de jure competentem: ita ut praefatus ordo praecedentiae locum non habeat quousque siue praedictis dignitatibus, & canonicatus, ac praebendas, & integritas, ac dimidias portiones hujusmodi adu respective obtinentium verificari possit, apostolica auctoritate praefata similiter perpetuo concedimus, & assignamus.

§. 20. Necnon dignitates in dicta metropolitana ecclesia, ut praefertur, extirparum, tam ad praesens, quam in futurum obtinentes (non tamen dictos quatuor canonicatus, quatuorque *Magistralis*, nempe, & *Lectoralis*, ac *Doctoralis*, & *Panitentiarie*) respective nuncupatas praebendas pro tempore obtinentes, qui dum dictas quatuor dignitates praefatas quatuor canonicatus, & praebendas, ut praefertur, affectas assecuti fuerint, oneri tam suis respective canonicatus, & praebendas quam eidem dignitatibus eorum cultibus, ut praefertur, affectis incumbant, quatenus tamen onera hujusmodi incompatibilitatem inter se non inducant, adimplere teneantur, sicut et antiquas integras portiones tam, ut praefertur, suppressas, & extinctas, quam etiam, ut praefertur, remansuras adu obtinentes onera missarum conventualium, & alia hucusque ab ipsis obita solita, etiam imposterum obire teneantur: ab explendis hebdomadarum missarum conventualium, ita ut eis, & eorum cultibus non aliud missarum onus incumbat, nisi illud, quod tenent dignitates ipsas, & dimidias portiones in integris portiones per Nos, ut praefertur, declaratas obtinentes sustinerent, eadem apostolica auctoritate etiam perpetuo extingimus, & liberamus: ac praefatis octodecim integris portionibus per Nos, ut praefertur, declaratis, reliquisque etiam integris portionibus extirpatis, & remansuris obligationem adimplendi, non solum onera, ac quae antea praefati viginti dimidiis portionariis in choro, & alia rurali dicte metropolitanae ecclesiae subvoluta tenebantur, sed etiam illa, quae, excepta dictarum missarum conventualium celebratione, tam octo integris per Nos, ut praefertur, suppressis, & extinctis, quam caeteris remansuris portionibus praefatis incumbebant, dicta apostolica auctoritate perpetuo quoque extinguimus, & in omnibus.

§. 21. Et attendo consensu ad praefatis modis Capitulum, & Canonicos dicte metropolitanae ecclesiae adfrascriptum futuram nominationis titulum jam praesentis, quod licet in vim concordiae apostolica auctoritate confirmatae canonicatus, & praebendarum ejusdem metro-

tro-

politanae ecclesiae, dum illi pro tempore in mensibus Sedi Apostolicae praefatae minime reservatis, alisque reservationibus, & affectionibus apostolicis cessantibus vacant, collatio ad pro tempore existentem Archiepiscopum Burgensem, ac etiam pro tempore existentes Capitulum, & Canonicos dicte metropolitanae ecclesiae simultaneae spectat, & pertinet: nominatio vero personarum idonearum, quibus hujusmodi collatio sit facienda, alternatim ad ipsum Archiepiscopum Burgensem, ipsosque Capitulum, & Canonicos etiam spectat, & pertinet, quod in futuris singularium, & singularum canonicatum, & praebendarum in dicta metropolitana ecclesia, ut praefertur, existere debentium, & conferendorum vacationibus (reservationibus, & affectionibus apostolicis praefatis, ut praefertur, cessantibus, & non aliis) non tamen respectu dictorum quatuor canonicatum, & quatuor *Magistralis* nempe, & *Lectoralis*, ac *Doctoralis*, & *Panitentiarie* respective nuncupatarum praebendarum, de quibus, ut antea, per concursum desuper habendum disponi debeat, jure simultaneae collationis hujusmodi minime immutato, tunc praefata nominationis bis ad pro tempore existentem Archiepiscopum Burgensem, & semel ad eodem pro tempore existentes Capitulum, & Canonicos dicte metropolitanae ecclesiae, cessantibus praefatis reservationibus, & affectionibus apostolicis, spectet, & pertinet: ita ut nominatio ad duos canonicatus, & duas praebendas hujusmodi primo vacaturas, & vacaturas ab eodem Archiepiscopo, ac ad unum canonicatum, unamque praebendam tertio vacaturum, & vacaturum hujusmodi ab eisdem Capitulum, & Canonicis, & sic successive in aliis futuris illorum, & illarum respective vacationibus, absque tamen ullo praedicti juris dicto Ferdinando Regi vigore dictorum Concordatorum competentis, fieri respective debeat, eadem apostolica auctoritate etiam perpetuo decernimus, & statuimus.

§. 22. Ac deinde suppressione, & extinctione dicte Abbacie de *Salar* nuncupatae effectum sortis, loco tertium capellaniam amoviliam, seu manualium, quae hactenus in dicta parochiali ecclesia villa de *Salar* praefate diocesis Burgensis pro totidem Presbyteris a dicto Abbate de *Salar* nuncupato nominatis, & ipsius parochialis ecclesiae servitio additis existerent (quas apostolica auctoritate praefata etiam perpetuo supprimimus, & extinguimus) in eadem parochiali ecclesia tria perpetua simplicia patrimonialia beneficia ecclesiastica pro totidem Clericis futuris in eadem parochiali ecclesia perpetuis Beneficiatis, eis, & eorum cuilibet ad pro tempore existente Archiepiscopo Burgensi juxta modum in aliis similibus ejusdem diocesis Burgensis beneficiis patrimonialibus, dum pro tempore vacant, observari solitum, ordinaria auctoritate conferenda, apostolica auctoritate praefata similiter perpetuo erigimus, & instituimus, illisque sic erectis, & institutis, pro eorum competentis dote, illaque pro tempore obtinentium congrua sustentatione, ac onerum eis pro tempore respective incumbendum supportatione, non solum omnia, & singula praefatas tres capellanias obtinentibus tribui, & ab ipsis qualitercumque ob earum, & ejusdem parochialis ecclesiae servitium percipi hucusque consuevit emolumenta, sed etiam summam trium millium regalium dicte monetae ad praefata mensa capitulari dicte metropolitanae ecclesiae, juxta modum ad praefato pro tempore existente Archiepiscopo Burgensi statuendum, annuatim contribuentiam, & inter ipsos futuros in dicta parochiali ecclesia perpetuos beneficiarios dividendam, supportatis tamen per eos omnibus, & singulis dictarum trium capellaniarum per Nos ut praefertur suppressarum, & extirparum, si quae sint, oneribus, eadem apostolica auctoritate etiam perpetuo applicamus, & approbamus.

§. 23. Praesentes quoque semper, & perpetuo validas, & efficaces esse, & fore, suosque plenarios, & integros effectus, sortiri, & obtinere, nec ullo unquam tempore ex quoquam capite, vel qualibet causa, quantumvis juridica, & legitima, pia, & privilegiata, ac specialii nota digna, etiam ex eo quod nunc, & pro tempore existens Archiepiscopus Burgensis, ac praefati moderni Capitulum, & Canonici dicte metropolitanae ecclesiae,

ac praefatus modernus Abbas de *Covarrubias* nuncupatus, & dignitates tam de *mensa*, quam *rurales* respective nuncupatas, & integras portiones, ac dimidias portiones praefatas in dicta metropolitana ecclesia obtinentes, seu quicumque alii ejusdemque dignitates, gradus, conditionis, & praeminentiae sint, in praemissis omnibus, & singulis, & circa ea quomodolibet, & ex quavis causa, ratione, vel occasione jus, vel interesse habentes, seu habere praetendentes illis non consenserint, aut ad id vocati, citati, & audit non fuerint, & causa, propter quas eadem praesentes emanarunt, adductae, verificatae, & justificatae non fuerint, de subreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis, seu invaliditatis vicio, seu intentionis nostrae, aut jus, vel interesse habentium consensus, aut quolibet alio quantumvis magno, substantiali, substantialissimo, inexcogitato, & inexcogitabili, ac specificam, & individuum mentionem requirente defectu: seu etiam ex eo, quod in praemissis, & eorumque aliquo solemnitates, & quaevis alia servanda, & adimplenda servata, & adimpleta non fuerint, aut ex quocumque alio capite, jure, vel facto, aut statuto, vel consuetudine aliqua resultante, seu etiam obnoxii, enormissimis, totalisque lesionis, aut quocumque alio praetextu, colore, ratione, vel causa, & quantumvis justa, rationali, legitima, pia, privilegiata, etiam tali, quae ad effectum validitatis praemissorum necessario exprimentenda foret, aut quod de voluntate nostra, & alii superioribus expressis nullibi apparet, seu aliis probari posset, notari, impugnari, invalidari, in jus, vel controversiam revocari, aut ad vim, & terminos juris reduci, aut adversus illas restitutionis in integrum, appellationis oris, aut aliud quodcumque juris, vel facti, aut gratiae, vel justitiae remedium impetrari, seu quomodolibet, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus concessio, & impetrato, aut emanato quemquam neque, seu se juvari in judicio, vel extra illud posse: neque easdem praesentes sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum revocationibus, suspensionibus, limitationibus, modificationibus, derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus, per quascumque literas, & constitutiones apostolicas, aut Cancellariae Apostolicae regulas hactenus editas, & quomodocumque, etiam in crastinum assumptionis successorum nostrorum Romanorum Pontificum pro tempore existentium, & cujuslibet eorum ad summam Apostolatus apicem, & aliis sub quibuscumque tenentibus, & formis, ac cum quibusvis clausulis, & decretis, etiam si in eis de eisdem praesentibus, earumque toto tenore, ac data specialis mentio fiat, imposterum edendas, comprehendit (sed tamquam ad divini cultus incrementum, & ad aeternam animarum salutem, & earum edificationem, ac solatium emanatas semper ab illis excipi, & quoties illae emanabunt, toties in pristinum, & validissimum, ac eum, in quo antea quomodolibet erant, statum restitutas, repositas, & plenarie reintegratas) ac de novo etiam sub quacumque posteriori data per eosdem Archiepiscopum Burgensem, & Capitulum ac Canonicos dicte metropolitanae ecclesiae pro tempore existentes, & alios omnes, quos eadem praesentes quomodolibet concernunt, quomodocumque eligenda concessas, validasque fore, & esse, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, & ab omnibus, ad quos spectat, & pro tempore quomodolibet spectavit in futurum, firmiter, & inviolabiliter observari, siquae, & non aliis per quoscumque Judices Ordinarios, vel Delegatos, etiam causarum palatii nostri Apostolici Auditorum, ac ejusdem Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, etiam de Latere Legatos, Vicelegatos, dictaeque Sedi Nuncios, & quoslibet alios quavis auctoritate, potestate, & prerogativa, & privilegio fungentes, ac honore, & praeminentia fulgentes, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, in quocumque judicio, & in quacumque instantia judicari, & definiti debere, & quicquid secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter, vel ignoranter contigerit attentari, motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus irritum, & inane decernimus.

§. 24. Et insuper dilectis Filiis Commissario Aposto-

li-

lico Generali Cruciate in præfatis regnis Hispaniarum pro tempore existentibus, ac Emmanuel Bonaventuræ de Figueroa metropolitanæ ecclesiæ Compostellanae Archiepiscopo de *Nepos* nuncupato, in supremo Castellæ Senatu, & Camera præfati Ferdinandi Regis Consiliario, per præsentem committimus, & mandamus, quatenus ipsi, aut eorum quilibet, per se, ac, cum opus fuerit, per suos Delegatos eadem præsentibus, & in eis contenta quæcumque ubi, & quæcumque opus fuerit, solemniter publicantes, & in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant auctoritate nostra eadem præsentibus, & in eis contenta de consilio præfati Ferdinandi Regia ad omnibus, & singulis, ad quos spectat, & pro tempore spectabit, inviolabiliter observari, illisque pacifice frui, & gaudere; non permitentes, quempiam ex eis, quorum favore concernunt, desuper quomodolibet indebitè molestari; necnon quælibet dubia in executione præmissorum oriunda declarent; modumque, quo distributiones quotidianæ in dicta metropolitana ecclesia, & divinis officijs in una, aut altera dicte metropolitanæ, aut dicti loci de *Bribierca* collegiatae ecclesiariæ interesse, & etiã qualiter ob non interestiam amittendum, seu non lucrandum exigi debeat, etiã declarent, & statuunt; contradicentes quolibet, & rebelles usque ad ultimam præmissorum consummationem per sententias, censuras, & penas ecclesiasticas, aliæque opportuna juri, & facti remedia omni appellatione postposita compensando, ac legitimis super his habendis servatis processibus, servataque forma Concilii Tridentini, sententias, censuras, & penas hujusmodi incurrisse declarando, ac etiã iteratis vicibus aggravando, invocato etiã ad hoc, si opus fuerit, brachii secularis auxilio.

§. 25. Non obstantibus, quoad supradictam Judicum prædictorum deputationem, pia memoria Bonifacii Papæ Octavi etiam prædecessoris nostri, in qua cavetur expressè, ne quis extra suam civitatem, vel diocesim, nisi in certis inibi exceptis, & expressis casibus: & in illis non ultra unam diem à fine suæ diocesis computandam, ad iudicium evocetur, seu ne Judices à Sede præfata deputati extra civitatem, vel diocesim, in qua deputati fuerint, contra quoscumque procedere, aut alii, vel alios vires suas committere audeant, vel præsumant, & in Concilio Generali edita de duabus dietis, ac quibusvis aliis etiam in Synodalibus, Provincialibus, Universalibus, & Generalibus Conciliis editis, vel edendis specialibus, vel generalibus constitutionibus, & ordinationibus, necnon nostris, & Cancellariæ Apostolicæ Regulis de jure quarto non tollendo, ac de gratis non concedendis ad instar, ac de exprimendo verò anno valore in beneficiorum ecclesiasticorum suppressionibus, eorumque fructuum, reddituum, & proventuum dismembrationibus, & applicationibus, & suppressionibus ad partes committendis, ac Lateranensis Concilii novissimè celebrati suppressiones, & applicationes perpetuas, nisi in casibus à jure permissis, fieri prohibentis, ac quatenus opus sit, dictæ metropolitanæ ecclesiæ, ac præfatarum de *Covarrubias*, de *Bribierca*, de *Valpuedra* locorum præfatarum, & aliarum collegiarum ecclesiarum, etiã juramento, confirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indulgijs, & literis apostolicis, quibus superioribus, & personis in genere, vel in specie sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiã derogatoriis derogatorijs, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & alijs decretis in genere, vel in specie, etiã motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, ac etiã consistoriali-

ter, aut alijs quomodolibet, etiã pluries, & iteratis vicibus in contrarium præmissorum quomodolibet, etiã super dicta concordia concessis, approbatis, confirmatis, & innovatis: Quibus omnibus, & singulis, etiã nisi pro illorum sufficienti derogatione alijs de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, expressa, & individua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alla, etiã exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & forma in illis tradita observata, & inserti forent, eisdem præsentibus pro plenè, & sufficienter expressis habentes, illis alijs in suo robore permanentibus, latissimè, & plenissimè, ac specialiter, & expressè, necnon opportunè, & validè ad præmissorum validissimum effectum, hac vice dumtaxat, motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus harum quoque serie derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§. 26. Volumus autem, quod per præsentem gratiam Sedi Apostolicæ præfata, quoad perpetuam, & continentiam dispositionem de præfato Archidiaconatu de *Valpuedra*, seu *Palenquia* nuncupato, & Scholasticia hujusmodi ab eadem Sede duxat, illorum pro tempore occurrentibus vacationibus, utpote juxta præfatorum concordatorum tenorem, semper, & perpetuo reservari, & reservata faciendam, nullum præjudicium afferatur, seu illatum esse censeatur; sicuti nec præfato Ferdinando Regi, quoad jus, & facultatem ad dignitates in dicta metropolitana ecclesia exituras, quæ principales in ecclesijs collegiatis existunt nominandi, & presentandi ad formam præfatarum concordatorum ei competens, & competentem.

§. 27. Volumus etiam, quod eorumdem præsentium transumptis, etiã typis impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in ecclesiastica dignitate constitutæ munitis, eadem protus fides in iudicio, & extra illud adhiberetur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si illa exhibita forent, vel ostense.

§. 28. Nulli ergo omnino hominum liceat hæc paginam nostræ absolutionis, suppressionis, extinctionis, segregationis, separationis, aggregationis, cooptationis, receptionis, concessionis, induiti, declarationis, applicationis, appropriationis, assignationis, exemptionis, liberationis, inunctionis, impositionis, statuti, erectionis, institutionis, decreti, derogationis, & voluntatis infringere, vel eiusdem temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo quinquagesimo septimo, quinto Nonas Octobris Pontificatus nostri anno decimo octavo. *Loco* plumbi.)

ARTICULUS VII.

Episcopus quoad ea quæ concernunt Episcopum Regularem, Titularem, & Suffraganeum.

Episcopus Regularis à die suæ confirmationis, & assumptionis ad episcopatum, liberatur ab obligatione suæ regulæ, scilicet à jejunijs, vigilijs, silentio, modo canendi in choro, & reliquis observationibus præscriptis in regula; Donatus *prax. Regular. tom. 1. part. 2. tract. 9. quest. 52. num. 6. Portell. verb. Episcopus num. 13. Thomas del Bene de inquisit. part. 2. dub. 236. sect. 67. Felix Potestas tom. 1. part. 2. num. 1865. Peyrin. Rodriq. Busemb. & alii passim, & habetur ex cap. Statutum 1. caus. 18. quest. 1. ibi: Statutum est, & rationabiliter secundum Sanctos Patres de synodo confirmatum, ut Monachus, quem electio canonica à jure regulæ monachicæ professionis absolvit, & Sacra Ordinato de Monacho Episcopum fecit, vel legitimus heres paternam sibi hereditatem, postea jure vindicandi potestatem habeat. Non absolvit tamen à vo-*

vo-
votis essentialibus, quia non desinit esse Religiosus, sed solum esse exemptus quoad aliquos effectus pauperatis, & obedientiæ juxta decantatum status. Licet enim non teneatur amplius ad obedientiam Prælati Regularis, teneatur tamen ad obedientiam Papæ, unde non dispensatur ejus obedientia, sed mutatur, sicut nec dispensatur ejus paupertas, quia non acquirit dominium bonorum ecclesiæ, sed administrationem, liberam tamen quoad suam sustentationem, & causas pias; Hinc S. Bonaventura in 4. *sentent. dist. 38. §. ad illud num. 47.* sic præcise ait: *Est enim divitiarum non dominus, sed dispensator. Et similiter in voto obedientiæ non est dispensatus, quia omnem obedientiam, quam debebat prius suo Superiori, debet Papæ.* Episcopi Regulares illarum religionum, quæ ultra tria vota essentialia omnibus communia, emittunt aliud quartum votum essentialia, ut est votum vitæ quadragesimalis apud Minimos, teneatur etiã ad illud, nisi specialiter à Sede Apostolica dispensetur; Unde Peyrin. *tom. 3. privileg. cap. 14. num. 2.* refert, quod tres Summi Pontifices, scilicet Paulus V. Gregorius XV. & Urbanus VIII. dispensaverunt in hoc voto cum tribus Minimis ad episcopatum assumptis, & signanter Urbanus VIII. in examine Patris Francisci Castellani pro episcopatu Capulensi, eum interrogavit: *An factus Episcopus teneatur ad votum vitæ quadragesimalis?* & cum respondisset non teneri, Papæ ei dixit: *Errasti, teneris, & parum defuit, ut excluderetur; noluit tamen cum eo dispensare.*

Regulares ad episcopatum dignitatem evecti, necdum ad essentialia vota servanda teneatur, verum etiã ad reliqua vota in professione emissa, seu obligationes per propriam respectivam regulam inductas, puta ad jejunium aliquibus determinatis diebus &c. modo horum observatio compossibilis sit cum statu episcopali; Ita si quidem decrevisse constat Benedicti XIII. in constituto, *Custodes 7. Martii 1725.* cujus hæc sunt verba: *Itidem Regularibus tam ad episcopatum, quam ad cardinalatum evectis præcipitur, in virtute S. obedientiæ, sub pena suspensionis ab exercitio Pontificali ipso facto incurrenda Papæ reservata, ut singulis suis regulæ obligationibus, quæ Pontificale, sive curiasticumque alterius dignitatis, aut cardinalatus officium minime impediunt, perpetuo subsint.* Hinc etenim liquet, prædictos Episcopos subesse omnibus illis obligationibus, quæ in regula, quam professi fuerant, exprimentur, quæque non pugnant cum onere, & dignitate episcopali. Idque respectu Franciscanorum præsertim tenendum est tamquam certum, cum eorum regulæ præcepta obligent sub mortali, à quorum obligatione nisi specialiter à Sede Apostolica dispensationem obtinerint, nulla causa est, cur censendi sint exempti dum ad episcopatum promoventur.

Episcopus Regularis teneatur habitum suæ religionis deferre; *cap. Clerici officia 15. de vita, & honest. Clericor. ibi: Pontifices autem in publico, & in ecclesia superindumentis lineis omnes utantur, nisi Monachi fuerint, quos oportet ferre habitum monachalem.* Retento tamen colore habitus suæ religionis potest se conformare cum Episcopis secularibus in forma, seu figura; Donatus *prax. regul. tom. 1. part. 2. tract. 6. quest. 12. num. 8. in Rituali Romano reformato sub Clemente VIII.* & sic modo servatur in praxi. Cononici autem Regulares S. Augustini in Episcopos promoti, possunt uti habitu, quo utuntur alii Clerici seculares in Episcopos creati; Leo X. constit. 34. *incip. Dudum.* Vide *verb. Habitus num. 26.* ubi ad id afferitur novissima constitutio Benedicti XIII. merito observanda. Episcopus Regularis teneatur recitare officium juxta ritum suæ diocesis, & non juxta ritum suæ religionis; Sacr. Congreg. Rit. 11. *Junii 1605.*

Episcopus tamen ex Ordine S. Francisci Minorum de Observantia assumpto conceditur, ut possit recitare tuta conscientia officium Sanctorum Ordinis S. Francisci, & celebrare eorum missas, dummodo privatim celebret in sua capella dictis diebus Sanctorum Ordinis cum Missali Romano, & officium pariter recitet cum Breviario Romano; Sacr. Rit. Congreg. in *Majorien. 6. Decembris 1631.* Episcopi Regulares, qui ex indulto Sedis Apostolicæ gaudent privilegijs suæ religionis, de qui-

bus sunt capaces pro eorum conditione, non possunt de Beatissimæ religionis recitare officium, & in proprijs cathedralibus missam celebrare, & altare Beatissimæ religionis erigere; Sacr. Rit. Congreg. 17. *April. 1660.*

Episcopus Regularis recuperat jus successione ad hereditatem sibi delatam post promotionem, non obstante renuntiatione; Sacr. Congreg. Concil. in *Neapolitana 3. Decembris 1639.* Episcopus Regularis non acquirit monasterio, cui fuit filius, sed propriæ mensæ, seu ecclesiæ quoad proprietatem, ad proprium tamen modum quoad usufructum; ead. Sacr. Congr. Concil. in *de Neapolitana. (Vid. verb. Spolium.)* Episcopus Regularis post adeptum episcopatum non recuperat bona ante episcopatum jam tertio quæsitæ; Sacr. Congreg. Concil. 11. *Januar. 1631. & ead. Sacr. Congr. in d. Neapolitana;* in qua cum quæreretur:

- An Regularis professus incapax honorum, ad episcopatum assumptus, recuperat jus succedendi quoad hereditatem post assumptum episcopatum sibi delatam?*
- An eidem obstat certio, & renuntiatione hujusmodi hereditatis facta ad favorem fratris, ad præscriptum Sacri Concilii Trid. cap. 16. sess. 25. de Regularibus sub d. die 3. Decembris 1639. resolutio prodiit.*
- An I. Recuperare jus succedendi ad hereditatem post adeptum episcopatum ad utilitatem suæ ecclesiæ sibi delatas quoad proprietatem, & ad proprium commedum quoad usufructum.*
- An Id. Eadem non obstat supradictam renuntiationem, & renuntiationem, quoad hereditatem, que non sint alteri ante adeptum episcopatum acquisitæ.*

Frater minor factus Episcopus auctoritate Papæ recuperat jus succedendi ab intestato, & ex testamento; Rota in *Urgellen. Hereditatis 24. Maii 1619. part. 4. recent. tom. 2. decis. 115. num. 22.* Bartol. in *tract. Minor. lib. 4. dist. 3. cap. 3. cum alijs allegatis;* quæ quidem conclusio vera est, sed secundum terminos cap. Statutum 1. *caus. 18. quest. 1.* ut sibi usufructum, & ecclesiæ proprietatem acquirat; ut hoc modo votum pauperatis conservetur; Archidia. in *d. cap. Statutum num. 2. Narr. consil. 180. num. 5. Feder. de Senis consil. 20. num. 7. & Rota loc. cit. num. 23. & 24.* Episcopo Ordinis Fratrum Reformatorum S. Francisci conceditur facultas disponendi de bonis intuitu suæ personæ acquisitis in quocumque usus pios convertendis, & etiã ad favorem consanguineorum, & affinium, si Sanctissimo placuerit, prout concessit, & facultatem indulisit 12. *April. 1703. Congr. particularis in Adjacen. dispensationis* apud Card. Petram *tom. 3. Commentar. in constit. 1. Clement. IV. sub num. 44.* Episcopus Regularis, si sit negligens in exigendo bona hereditaria, vel eis renuntiet, tunc succedit ecclesiæ proprietaria ex dispositione cap. Statutum 1. *caus. 18. quest. 1.* & pro ea Capitulum potest agere, dum tractatur de præjudicio ecclesiæ, & episcopatus; Rota *cit. tom. 4. part. 2. recent. decis. 115. num. 9. & 10.* Episcopus Regularis adeundo hereditatem sibi delatam potest sibi præjudicare quoad usufructum, non autem quoad proprietatem, quæ fuit acquisita ecclesiæ; Rota *loc. cit. num. 18. (verb. Spolium.)*

Regularis factus Episcopus debet relinquere religionem, vel monasterium id, quod ante promotionem in religione acquisivit, & habuit; cap. Statutum 1. *caus. 18. quest. 1.* & pluries statuerunt Summi Pontifices, & signanter Alexander IV. pro Minoribus 5. *Decembris 1255.* constit. *incipit.* Ex parte vestra: ubi præcipit, quod Fratres Minores Ordinis S. Francisci ad episcopalem, & alias superiores dignitates promoti, libros, & alia sua bona, quæ ipsos promotionis suæ tempore habere contigerit, Generali ejusdem Ordinis Ministro, vel Provincialibus Ministris, submoda quacumque dilacione, resignent, nisi forsan dicti Ordinis superiores eis ipsorum librorum usus ad tempus concesserint de gratia special. Similem resignationem à Patribus Ordinis S. Dominici faciendam statuit idem Pontifex *ead. anno 1255. 11. Maii, in libro privilegior. Ord. pag. 33.* & sic etiã Clem. IV. 9. *Junii 1628.* constit. *incipit.* Providentia: ubi universis Fratibus Ordinis Prædicatorum S. Dominici ad ar-

chiepiscopatibus, episcopatus, & praelaturas assumendis inhibetur, ne consecrationis munus quoquo modo recipiant, antequam libros, & bona Ordinem memoratum contingant, quae apud eos tempore suae promotionis habere contigerit, Prioribus, & Conventibus, de quibus assumpti fuerunt, cum integritate resignent, nisi forsitan iidem Priores de consensu ipsorum conventuum usum illorum ad certum tempus eis duxerint concedendum; alioquin eo ipso ab exequatione pontificalis ministerii noverint se suspensos. Inter huiusmodi autem libros non intelliguntur comprehensi Quaternuli, & illae Chartulae, vel membranae, in quibus dicti fratres sibi certa notabilia cum aliquibus privatis sermonibus colligerunt, & novissime Benedictus XIII. constit. *incip. Postulat humilitati nostrae* §. 5. expresse interdixit Regularibus omnibus ad quascumque dignitates ecclesiasticas promotis, ne secum extra cenobium ulla bona asportare audeant. Et insuper *ibid.* §. 6. ademit Regularium superioribus facultatem concedendi promotis eisdem ad tempus usum librorum, aliorumque. Episcopus Regularis non subjicitur Bullae de largitione munerum, quia ibi prohibentur illae largitiones quae fiunt de bonis pertinentibus ad Religiosorum monasteria. Largitiones autem Episcopi Religiosi non fiunt de bonis monasterii, sed de redditibus quorum liberam habet administrationem, & usufructum, perinde ac si esset Episcopus secularis; Rota *tom. 4. part. 2. recent. decis. 115. num. 3.* Donat. *prax. Regular. tom. 1. part. 2. tract. 15. quest. 6. num. 9.* & alii passim. Episcopus Regularis, si ad suam religionem reddiderit, dignitates, & officia illius obtinere prohibetur Paul. IV. constit. *incip. In Sacra*: Episcopus Regularis, si episcopatum resignet, aut ob culpam deponatur, dummodo non degradetur, non tenetur ad regularem observantiam redire, sed remanet in perpetuum exemptus, sicut prius, quia retinet eminentiam episcopalem. Sic quidem Imola in *Clement. 1. num. 2. de electione. Federic. de Senis consil. 38. num. 2.* Peyrin. in *formular. Regul. lit. G. cap. 6. num. 7.* Layman in *theol. moral. lib. 4. tract. 5. cap. 1. de stata relig. num. 9.* & cum multis aliis Barbosa de *offic. & potest. Episcop. p. 1. tit. 1. cap. 4. num. 18.* At nunc attendenda est constitutio Benedicti XIII. *incip. Custodes*: vi cuius Episcopi Regulares, si se abdicaverint episcopatu, tenentur claustra suae religionis repetere, nisi tamen aliter concessum illis sit à Summo Pontifice.

✠ Falsum est Regularem Episcopum, si contingat, ut vel episcopatum resignet, vel aliquam ob culpam episcopatu privetur, ad propria claustra redire non teneri; nam in laudata Benedicti XIII. constitutione Episcopi Regularibus praecipitur, ut «dimisso episcopatu, seu quacumque alia dignitate, ad quam evecti fuerint, vel perfuncto munere sibi extra claustra commisso, ad eadem claustra redire teneantur, sub poena privationis usus pontificalium; & si permanserint in contumacia non redeundi ad claustra post annum, sint eo ipso suspensi à divinis.»

Episcopi Titulares antiquitus non creabantur, sed tantum qui à propriis ecclesiis ob hostilitatem eiectionis, in aliis ecclesiis vacantibus Cardinales constitutebantur, donec ad proprias ecclesias reverti permitterentur, in *c. Pastoralis 7. quest. 1. Fagnan. lib. 5. Decret. in c. Episcopalia 1. de privilegiis, & excessibus Privilegiator. n. 39.* Modo tamen non jam, qui expulsi sunt, dantur Episcopi ecclesiis vacantibus, sed creantur denuo Episcopi Titulares illarum ecclesiarum, tum ob alias causas, tum ad hoc ut suffragentur aliis Episcopis. Fagnan. *loc. cit. num. 41.* Horum Episcoporum Titularium, qui creantur Episcopi alicujus ecclesiae in partibus infidelium sitae, quae neque populum christianum, neque Clerum habent, nulla origo reperitur ante decretum Concilii Lateranensis sub Leone X. *sess. 9. de Cardinalibus*; ubi permisit creari Episcopos Titulares, quibus pro suffraganeis possent uti Cardinales Episcopi in suis ecclesiis, sicuti modo utuntur ipsis etiam varii alii Episcopi non Cardinales; & ideo etiam hodie Summus Pontifex cum creat huiusmodi Episcopos Titulares, utitur similibus verbis: *Et suffragentur talibus donec &c.* Fagnan. *loc. cit. num. 41.*

Episcopi Titulares sunt veri Episcopi characterem habentes episcopalem, *cap. Pastoralis 7. quest. 1.* & ibi Archidiaconus, & Praepositus in *1. notabil.* & alii communiter. Pontificalia tamen exercere non potest Episcopus Titularis, nisi in illa dioecesi cui datus est suffraganeus, ut statuit S. loc. *num. 50.* Neque in locis exemptis, nisi de licentia Episcopi loci, intra cujus fines locus huiusmodi exemptus fuerit constitutus; Concil. Trident. *sess. 14. cap. 4. de reformat.* & sic expresse decisum fuisse à Sacra. Congreg. Concil. *refer. Aldan. in compendio Canon. resolut. lib. 1. tit. 4. num. 3.* Neque potest Episcopus Titularis in ecclesia sua jurisdictionali, veluti si esset Praepositus, chrisma conferre, nec alia pontificalia exercere, nisi de expressa licentia Episcopi, intra cujus dioecesis fines Praepositura existit, ut decisum fuisse Aldan. in *Compendio Canon. resolut. lib. 1. tit. 8. num. 10.* Neque potest Episcopus Titularis familiare suum etiam triennale ordinare absque sui proprii Praelati expresso consensu; sic expresse Concil. Trident. *cit. sess. 14. cap. 2. de reformat.* Immo ordinati ab Episcopo Titulari sine consensu proprii Episcopi, ipso jure suspensi sunt donec suo Praelato visum fuerit. Sic expresse Trident. *loc. cit.* Et ipse Episcopus Titularis Ordines confersens, seu Pontificalia exercens sine licentia Ordinarii Dioecesis, est suspensus per annum ab usu Pontificalium, textu expresso in Trident. *loc. cit.* Episcopus Titularis non est creandus, nisi vere urgeat necessitas; Clementin. in *plerisque c. de delect.* & Glossa *ibid. verb. Vagationis*: ubi inhaerend. Decretali invehitur in eos, qui anhelant ad Vicarias Episcoporum, & ecclesias Titulares; Et ibidem in *verb. Religiosorum*: dicit, hanc abusum maxime vigere in Religiosis, qui ad hoc laborant interdum etiam importune, & per corruptelas, ut canere possint cum Psalmista, *Laqueus contritus est, & nos liberati sumus*, Psalm. 123. & sic cum Glossa Fagnan. *loc. cit. num. 47.* Ursaya in *miscellaneo sacro, & profan. part. 2. verb. Episcopos num. 37.* Episcopus Titularis canonicatum obtinens in ecclesia cathedrali potest, & debet in ea uti habitu ordinario, quo utuntur Episcopi in Romana Curia, id est Rochetto supra subtanam, & mantelletto violacei coloris. Sacra. Congreg. Rit. in *Compostellana 11. Julii 1617.* Et debet praecedere omnibus aliis Canonicis, & Dignitatibus, tam quoad stallum, quam quoad functiones cantandi missae, & omnia alia. Sacra. Congreg. Rit. in *Rogantina 22. Junii 1594. in d. Compostellana 11. Julii 1617.* & in *Calaguriana 13. Novembris 1621.* Episcopus Titularis, qui est Canonicus, subest visitationi Ordinarii ad instar aliorum Canonicorum, & tenetur ad observantiam legis dioecesanæ; aliter, subjicitur poenae; etiam excommunicationis, in ea contentae. Sacra. Congreg. Episc. *24. Julii 1632. apud Card. Petram tom. 1. comment. in const. 2. Leonis IX. sess. 5. num. 94.* Familiares etiam Episcopi Titularis gaudere debent privilegio fori, ita tamen ut conveniri debeant, & sint puniendi ab Ordinario loci ubi degunt, non ab Episcopo, seu Archiepiscopo Titulari. Sacra. Congreg. Immunit. *17. Januarii 1628. (Vid. lit. F. in add. hisp. verb. Familiaris, quae incipit Familiaris: & seq.) Beneficia, & pensiones non vacant in eo, qui ad titularum episcopatum assumitur, cui etiam de novo conferri possunt praesertim simplicia; Sacra. Congreg. Episcop. in *Evoren. 22. Decemb. 1640. apud Nicol. in Lucubr. tom. 2. leg. 3. tit. 5. num. 43.* Episcopus Titularis est de jure vocandus ad Concilia generalia. Vid. *verb. Concilium num. 29.* Episcopus Titularis administrator alterius ecclesiae, quae functiones in illa facere possit, & quomodo ei teneantur assistere Canonici cathedralis Sacra. Congreg. Rit. in *Sarsinaten. Function. Episcopatum 22. Augusti 1723. Ponente Cardinali Pauluio*, ubi fuerunt proposita, & resoluta sequentia dubia.*

I. An episcopus civitatis Ducalis Modernus Administrator ecclesiae Sarsinaten. in functionibus pontificalibus gaudeat omnibus illis praeminentibus, & prerogativis quibus fruuntur, & gaudent omnes alii Episcopi in propriis dioecesibus in casu &c. & quatenus negative;

An

II. An dictus Episcopus, & Administrator amovibilis ecclesiae vacantis, dum cantat missam, & vesperas in pontificalibus, possit redire super cathedra episcopali elevata quatuor gradibus, parata cum baldachino, ac postergati, & uti baculo pastorali, vel redire debeat super faldistorio prope altare sine baculo?

III. An concedere possit Indulgentiam quadraginta dierum sine speciali facultate apostolica?

IV. An et, dum assistit missae solemni ab alio cantata debeat Canonici facere circulos ad Kyrie eleyson, Gloria in Excelsis, Credo, Sanctus, & Agnus Dei; Tanquam ubinam debeat sedere?

V. An fieri debeat anniversarium suae consecrationis, cum missa cantatur per Capitulum, & Clerum, ejusque nomen debeat in canone memorari per Sacerdotes celebrantes?

VI. An, dum Administrator missam cantat in pontificalibus, debeat poni super altare septimum candelabrum cum candela accensa?

VII. An, dum idem cantat missam in pontificalibus, debeant omnes Canonici sacris paramentis indui, vel tres tantum fungentes officio Diaconi, Subdiaconi, & Presbyteri assistentes?

VIII. An dum vadit ad cathedram, debeat sumere cap-pam magnam in edibus superioribus episcopatus, vel in ingressu ecclesiae, seu presbyterii?

IX. An Canonici cum accesserint ad Cathedralem debeant omnes excipere in dictis adibus, vel toli tres, aut quatuor ad portam ecclesiae?

X. An dictus festis fieri debeant publicae Orationes pro novi Episcopi electione ad formam Concilii Tridenti, & Caeremonialis Episcoporum?

Supradicta die 22. Augusti 1722. responsum fuit.

Ad primum. Negative.

Ad secundum. Negative quoad primam partem. Affirmative quoad secundam.

Ad tertium. Negative.

Ad quartum. Negative, & sedeat in primo stalli Cleri.

Ad quintum. Negative.

Ad sextum. Negative.

Ad septimum. Negative quoad primam partem. Affirmative quoad secundam.

Ad octavum. Arbitrio Administratoris in casu &c. Ad nonum, decere in casu de quo agitur, ut omnes accedant.

Ad decimum. Affirmative.

Pro Episcopo Titulari obtinente Canonicatum in Cathedrali Asculana die 20. Martii 1720. in Sacra Congregatione Rituum per Card. Picum à Miranda propositis octo sequentibus dubiis, resoluta fuerunt, ut infra:

Dub. 1. An post delatam per Subdiaconum assistentem Episcopo locali pacem, debeat illa deferri per dicti Subdiaconum Episcopo Titulari, antequam Canonici Assistentes in Throno illum recipient ab Episcopo locali? Negative.

II. An Canonicus Episcopus Titularis in missis, & vespers cantatis cum assistentia Episcopi localis teneatur discedere à stallis una cum reliquis Canonicis pro faciendis consuetis circulis praescriptis à Caeremoniali Episcoporum? Affirmative.

III. An exercent pontificalia Episcopo locali, licet Episcopo Titulari assistente in stallis cum reliquis Canonici, deferre piviale, vel potius accedere debeat cum rochetto, mantelletto, & habitu violaceo? Affirmative, exercente Episcopo locali pontificalia, & assistente Capitulo in paramentis sacris.

IV. An una cum piviali possit quoque deferre mitram episcopalem absque consensu Episcopi localis? Possive, accedente consensu Episcopi.

V. An, & cujus qualitates debeat esse mitra gestanda per d. Episcopum? Mitram debeat esse lineam.

VI. An in casu consecrationis usus Mitrae, ut supra, debeat Episcopus Titularis illam per se ipsum imponere?

FERRAR. BIBLIOTHEC. TOM. III.

re, & amovere à capite, vel potius ad hunc effectum liceat uti opera alterius? Per seipsum in casu ut supra.

VII. An liceat Episcopo Titulari canenti missam, & vesperas tanquam Canonico in propria hebdomada uti faldistorio, & indumentis pontificalibus, seu potius illas canere debeat, sedendo in scamno, prout practicatur cum reliquis Canonici, & absque pontificalibus indumentis? Ad mentem, & mens est, ut in missis de Turno absteineat, & subroget alium; In solemniis vero non posse, nisi de licentia Episcopi.

VIII. An in tali casu teneatur petere licentiam ab Episcopo locali? Jam provisum. Et quoad thurificationem, Episcopus Titularis esse thurificandum post Archidiaconum, & Canonicos in Throno assistentes.

Episcopis Titularibus praecedunt Episcopi locorum etiam posteriores sint consecratione. Frances de *eccles. cathedral. cap. 42. num. 20. & 21.* Ursaya in *Miscellaneo sacro, & profano part. 2. verb. Episcopos num. 40.* Episcopus, cui datus est coadjutor, potest esse coadjutor alterius; Sacra. Congreg. Constit. in *Constantiensi coadjutoria 16. Septembris 1722.* Episcopus suffraganeus datus Episcopo cum facultate exercendi pontificalia officia in civitate, & dioecesi, de expresso consensu, & licentia pro tempore existentis Episcopi, non potest eadem pontificalia exercere, ut exercent vivente Episcopo, post illius mortem Sede vacante, & Capitulo contradicente. Sacra. Congreg. Concil. in *Vilnen. 22. Februarii 1631.* Unde mortuo Episcopo, illius suffraganeus Ordines conferre non potest. Sacra. Congreg. Concil. in *Constantiensi 4. Februarii 1645.* Alia de Episcopo suffraganeo, Vid. *verb. Coadjutor à num. 67. ad num. 103.* ubi late de ipso.

* Episcopi suffraganei, annua praestatione super mensa episcopali ipsis constituta, provideri debent de congrua sustentatione. Benedictus XIV. constit. *incip. Cum à Nobis.* Episcopi Titulares valide, sed illicite Ordines conferunt sine licentia Ordinarii, in cujus dioecesi degunt. Idem *ibid.* Episcopus Titularis jurisdictionem exercere potest in subditos ecclesiae sibi assignatae, si ad christianam religionem convertantur. Idem *ibid.*

Episcopi ex ordinibus monasticis, & mendicantibus assumpti, habitum proprii Ordinis visibilem gestare debent; Benedictus XIV. constit. *incip. Biennium* §. 3. quae extat in supplemento tomi 3. sui Bullarii.

Id tamen non procedit quoad Canonicos Regulares, & Clericos Regulares. Idem *ibid.* Sed recte observatur à Fratibus Professis Militiae Equèstris S. Joannis Hierosolymitani. Idem *ibid.*

Quoad obligationem Episcoporum exemptorum, & Sanctae Sedi immediate subditorum, eis indictam à Concilio Tridentino *sess. 23. de reformat. cap. 2.* sibi eligendi Metropolitanum, ad cuius synodum provincialem accedere teneantur, & quae ibi ordinata fuerint observare, & observari facere, Benedictus XIV. de *synodo diocesana lib. 3. cap. 8. num. 13. & seq.* haec refert. «Tridentinae sanctionis habita fuit ratio in Concilio Romano coactivo anno 1725. Cumque eidem alicui Episcopo interfuisset, qui à Metropolitana jurisdictione immunus, & Sanctae Sedi immediate subiecti, Archiepiscopum sibi non delegerant, ad cuius synodum provinciale accederent, jussi sunt, Canonicis etiam poenis indictis, ne electionem huiusmodi statim perficere; Idemque absentibus significatum fuit, ac insuper particulari instituta Congregatio, quae decretum hac de re conditum exequendum curaret. Hac Congregatio habita fuit die 28. Maii ejusdem anni 1725. editaque ab ipsa sunt consultissima decreta, quae, cum à nullo adhuc quem sciamus, Auctore impressa fuerint, optimum ducimus haec huic capiti inserere:

«Examinato diligenter decreto Sacri Concilii Tridentini *sess. 24. cap. 2. de electione Metropolitanorum per Episcopos, qui nulli Archiepiscopo subjiciuntur, ad effectum perducenda, concordibus, & uniformibus votis fuit resolutum, ut sequitur.*

«Primo, Archiepiscopos, qui non habent Suffraganeos,

pp 2 nneor,

ne nos, non teneri eligere Metropolitanum ad effectum con-
 300 ueniendi in eius Concilio Provinciali.
 Secundo, sex Cardinales Episcopos urbium Romae ad-
 iacentium, non teneri, ut supra.
 Tertio, Episcopos omnes, qui sunt inter Provinciam
 Capuanam, & Pisanam, non teneri eligere Metropolita-
 num ad effectum. Eos nihilominus, qui, vel quarum An-
 tecessores jam semel post Tridentinum elegerant Metro-
 politanum, teneri stare electioni, prout etiam Episcopus,
 in qui a Provincia Romana, inter dictas Capuanam, & Pi-
 sanam constituta, diuisi fuerint, & assignati Suffra-
 ganei ecclesiarum in Metropolitanas electarum, eidem
 subesse.
 Quarto, Episcopos vere immediate subiectos Aposto-
 licae Sedis, qui sunt extra praefatam Provinciam Romanam,
 ubicumque locorum existentes, omnino teneri eligere Me-
 tropolitani, iuxta decretum Concilii Tridentini sess. 24.
 c. 2. de reformat. quatenus ipsi, vel eorum Antecessores
 nam elegerint.
 Quinto, Abbat, aliosque Praelatos inferiores nullius
 diocesis, habentes iurisdictionem quasi episcopalem in
 Clerum, & populum, cum Territorio separato, teneri eli-
 gere Metropolitanum, ut supra.
 Sexto, Episcopos, Abbates, & Praelatos inferiores,
 qui debent, ut supra, eligere Metropolitanum, etsi non
 teneantur eligere viciniorum, debere tamen, iuxta dictum
 decretum Concilii Tridentini, viciniam eligere; quod est
 intelligendum de non nimis longe distante, habita ratio-
 nis regionum?
 Deinde ibid. num. 15. sic prosequitur: "Inter Episco-
 pos, qui ut Metropolitanum sibi ad praedictum effectum
 55 eligere, a Congregatione compulsi sunt, alter Pa-
 piensis fuit, Lucensis alter, sicut legitur in Registris
 praedictae Congregationis habita, ut dictum est, die 28.
 Maii 1725. Et hi quidem plura obtendere non omise-
 runt, ut Metropolitanam electionem declinarent, sed eo-
 rum contentiones, & studia in irritum cesserunt, re-
 iectis eorum instantiis per eandem Congregationem ha-
 bitam die 11. Februarii 1726. Cum vero felicitis record.
 Benedictus PP. XIII. iustis, gravibusque de causis
 Episcopatum Lucensem in Archiepiscopatum erexerit,
 nullo tamen ipsi adscripto Suffraganeo, ut patet ex
 eius constitutione incipienti. Inscrutabilis, nono Bullario
 tom. 12. & cum Nos Papiensi Episcopatu unitum per-
 petuo voluerimus titulum Archiepiscopi Amasii in par-
 tibus Iudaeorum, sicuti videre est in nostra constitutio-
 ne, quae incipit Ad supremam, in nostro Bullario tom. 1.
 num. 74. hinc uterque Praesulab eligendi Metropolitanam
 lege immunitatis evasit, iuxta primum superius inserti de-
 creti caput. Ad Episcopos vero quod spectat, qui Ca-
 puanam, & Pisanam provinciam interjacent, multo
 ante fuerat pronunciarum, non adigi eos Metropolita-
 num eligere, sicut videri potest lib. 4. Decretorum Con-
 gregationis Conc. anni 1558. pag. 53. Sacr. Eccl. censuit,
 Decretum cap. 2. de reformat. sess. 24. non habere locum
 in episcopis, qui sunt in provincia Romana. De provin-
 cia Romana inter Capuanam, & Pisanam loquitur In-
 nocentius III. in cap. Sua nobis, de officio Vicarii. Nos
 54 ideo ipsa mentionem fecimus in superiori lib. 2. cap. 2. nu-
 mer. 3. ubi etiam rationum momenta attulimus, ob qua
 huiusmodi provinciae Episcopi ab eligendo Metropli-
 tano eximuntur. Itaque alteri huic relationi capiti fi-
 nitem imponentes, censemus, facie ex dictis quemlibet
 Episcopum colligere posse, num ad eligendum Metro-
 politanum obstringatur, & quomodo de iuncti sibi
 poterit implemento docere debeat." Haecenus laudatus
 Pontifex loc. cit.
 Episcopi suffraganei etsi decorentur pallio, in Bul-
 lis tamen ejus concessionis cavetur, ne quid praedicti
 ex hoc inferatur eorum Metropolitanis, quin & vetantur
 illud ferre in praesentia Archiepiscopi. Bened. XIV. de
 synd. dioces. lib. 13. cap. 5. §. 2. not. edit.
 Palli honorem non decorantur latini Patriarchae Titu-
 55 lares, quemadmodum nec Archiepiscopi in partibus, cum
 enim pallio nemo uti possit extra provinciam suam, illi
 profecto alibi commorantur; ibid. §. 17.
 De Regulari ad episcopatum promoti magistra-

lis, & nunquam satis pro merito, est decisio Sacrae Ro-
 300 tae in Vilnen. Ordinis S. Basilii Magni Ruthenorum 3.
 Aprilis 1761. cor. R. P. D. Frangipani. In hac enim de-
 cisione statuitur, quod ut primum regularis ad episco-
 patum promovetur, a iugo regularis observantiae liberatur,
 liberaque acquiri facultatem donationem inter vivos faci-
 endi ratione causa pia, & quidem etiam si Episcopus
 sit mere Titularis, & agatur de Episcopo mere electo,
 modo electus sit a Summo Pontifice. Vide & alia ad ma-
 teriam facientia in hac decisione. **¶**
 Duae hic de Episcopo Titulari expendende
 sunt quaestiones. Prior est an Titularis Episcopus negli-
 gens consecrationem suscipere intra tempus a Concilio
 Tridentino sess. 23. cap. 2. de reformat. praefinitum, incur-
 rat penas ab eodem Concilio inflictas, videlicet restituti-
 onis omnium fructuum, si negligentia fuerit per tres
 menses a die Confirmationis; & privationis episcopatus
 si negligentia fuerit per alios tres menses & sic per sex
 menses a Confirmatione.
 Negativa mihi arduae opinio. Ratio enim cur Conc.
 Tridentinum ita obligavit Episcopos, fuit, ut occurreret
 57 spirituali damno, quod necessario subditis afferre debe-
 bat dilata ab Episcopo in longum tempus susceptio con-
 secrationis; Van-Espen Jur. ecclesiastici univers. part. 1.
 titul. 15. cap. 1. §. 14. Haller de Sacr. Ordination. part. 3.
 section. 7. cap. 21. §. 2. num. 16. Hac autem Concilii Tri-
 dentini ratio locum sibi vindicare nequit quantum ad
 58 Episcopos Titulares, utpote qui subditos habent habitu
 tantum, non item actu. Non est igitur quod Episcopus
 Titularis negligens consecrationem tueri possit penis
 Concilii Tridentini, ut punctum firmat Hurtado variar.
 resolution. num. 2. tract. ultim. resolut. 12. §. 4. nu-
 mer. 720.
 Accedit quod iuxta Concilium Tridentinum ut locum
 60 habeat poena privationis episcopatus, debet praecedere
 poena restitutionis omnium fructuum. At quomodo quan-
 tum ad Episcopos Titulares praecedere potest poena haec
 restitutionis omnium fructuum, si apprehendere ii ne-
 queunt possessionem suarum ecclesiarum, utpote ab In-
 fidelibus occupatam? Hinc igitur magis atque magis
 confirmatum remanet quod intelligere nequit Concilium
 Tridentinum de Episcopis Titularibus, eo ipso quod cir-
 ca ipsos servari nequit ordo ille poenarum ab ipso Con-
 cilio Tridentino stabilitus, & religiosissime propterea
 servandus. Optime Rots in Vilnen. Ordinis S. Basilii
 Magni Ruthenorum 2. Aprilis 1761. §. 14. cor. bon. mem.
 Frangipani.
 Altera est an Canonici qui simul sit Episcopus Ti-
 tularis, possit a Capitulo suae ecclesiae cathedralis eligi
 in Episcopum absque Brevi eligibilitatis? Notum jam est
 62 quod Episcopus unius ecclesiae non possit in Episcopum
 alterius ecclesiae eligi, sed postulari debeat cap. ultim. de
 postulat. Praelator. idque ex matrimonio spirituali, quod
 Episcopum inter ac ecclesiam intercedit.
 Videtur autem posse eligi sine eligibilitatis Brevi
 63 eo quod regula de spirituali matrimonio cessat quan-
 tum ad Episcopum Titularem, quippe qui vere &
 proprie ecclesiae haud habet. At contrarium, & quidem
 iure meritoque resolvit Christianus Thomasius in Respons.
 Jur. impress. post Programmata §. 5. & plur. sequenti. ca-
 ductus ratione, quod Episcopum Titularem inter ac eccle-
 64 sias inter sit spirituale matrimonium, adeoque carens ip-
 se Brevi eligibilitatis nequeat ex matrimonio hoc spiri-
 tuali eligi in Episcopum alterius ecclesiae. **¶**

EREMITA.

SUMMARIUM.

- 1 EREMITARUM denominatio, officium: quot & cuius-
 modi genera, ad num. 4.
- 2 Quot vero & quae iuxta S. Benedictum, S. Augustinum,
 & Fagnanum, ad num. 11.
- 3 Quomodo Eremitarum gaudeant privilegio Fori, & pri-
 vilegio Canonis, ad num. 15.

17 Quae sint Ordinationes, Edicta, Regulae, ac Pontifi-
 301 canae Constitutiones super eisdem, ad num. 21.
 22 Subiectantur Additiones ex aliena manu, ad num. 26.
 27 Ad quae pertineat deputatio Eremitae pro custodienda
 Ecclesia.

EREMITA denominatur ab Eremita, quem colit, ut Deo
 liberius, & commodius serviat, Communit. Eremitus enim
 est nomen graecum, quod latine idem significat ac
 Desertus, sive locus solitarius, & omni habitatore des-
 titutus; Unde Eremita iuxta nomenclaturam est Eremita
 cultor, sive Eremitica, & aliquando dicitur monachus
 graece, latine solus; cap. Si cupis 15. caus. 16. quest. 1.
 ibi: Si cupis esse quod dicitur Monachus, id est solus,
 4 quia factis in urbibus, quae atque non sunt solum habita-
 tacula, sed multorum? ubi Gloss. in verb. solum subne-
 cit, id est solitarii Eremitarum secundum D. Hiero-
 nimum Epistol. 22. ad Eustochium tria sunt genera,
 ibi: Primum Canobites, quos illi Sauses gentis lingua
 vocant, nos in communi viventes possumus appellare: se-
 cundum Anachoritas, qui soli habitant per desertum, & ab
 eo, quod procul ab hominibus recesserint, nuncupantur;
 Tertium genus est, quod Romoth dicitur, terrimum at-
 5 que neglectum; haec ille. Unde alii dicebantur Canobites,
 scilicet in communi viventes, alii Anachorites scilicet soli
 habitantes, & alii Romoth, scilicet in communi sed
 tectissime, laxa, & improbe viventes.
 6 Sanctus Benedictus cap. 1. Regulae & cap. 15. qua-
 tuor enumerat genera Eremitarum, Canobites scilicet,
 Anachoritas, Sarabaitas, & Gyrovagos. S. Augustinus
 vero lib. de moribus Eccles. dicit, quod Eremitarum
 genus dividitur in Anachoritas, & Canobites, & non
 alias species, cum quo videntur concordare Eminen-
 7 tiss. Bellarminus tom. 2. de monach. libro 2. cap. 3. Sa-
 pientiss. Suarez tom. 4. lib. 1. de variat. Religion. in
 genere cap. 2. existimantes alias divisiones verbales fal-
 sas, aut futiles, cum aliqua membra praedictorum sese
 mutuo includant, ut inter se minime differant. Nam
 Eremitae, & Anachorites, sola voce differunt, Romo-
 thae, & Sarabaitae, & Gyrovagi, Canobites sunt; sed
 determine vivere in monasterio cum proprio, & sine obe-
 dientia, non facit diversum genus contra distinctum ab
 aliis, sed est correptio vitae eremiticae: & quod qui-
 dam se conferant in eremum, non ut sanctius, sed
 liberius vivant non est genus diversum, sed relaxa-
 tio vitae monasticae, ut observat eruditiss. P. Do-
 7 natus prax. Regul. tom. 4. tract. 14. num. 6. Fagnanus
 tandem lib. 2. decretal. in cap. Nullus Judicium
 2. de foro compet. num. 54. ad 64. quatuor distinguit
 8 species Eremitarum. Primi sunt Eremitae, qui emittunt
 tria vota substantialia in aliqua ex Religionibus appro-
 batis, quales sunt Eremitae tam calcatei, quam discal-
 ceati S. Augustini, Eremitae Camaldulenses, Eremitae
 Sancti Hieronymi per Hispaniam, & per Italiam, Ere-
 mitae Servitae Montis Senarii, Eremitae Sancti Hiero-
 9 nymi de Fesulis, Eremitae Beati Petri de Pisis. Secun-
 dum sunt Eremitae viventes in Congregatione, &
 habentes modum vivendi ab Episcopo approbatum,
 & tales licet non sunt vere, & proprie Religiosi, quia
 non profitentur aliquam ex Religionibus a Summo
 Pontifice approbatis, tamen sunt personae ecclesias-
 ticae, & subsunt iurisdictioni Episcopi diocesani; arg.
 cap. Indemnitatis §. penultim. de elect. in 6. & Clemen-
 10 tin. 2. §. Illas quoque mulieres, de statu Monachorum.
 Tertii sunt Eremitae, qui quavis nec sint professi ali-
 cujus Religionis, nec vivunt in communi, tamen de
 facultate Episcopi induunt habitum eremiticum, &
 de ipsius auctoritate sunt deputati servitio alicujus eccle-
 11 siae, vel oratori, seu eremitorii, & sub illius obe-
 dientia vivunt. Quartii denique sunt Eremitae, qui non
 sunt deputati ecclesiae servitio auctoritate alicujus Prae-
 lati ecclesiastici, sed voluntarie suscipiunt, & ad sui
 libitum deserunt habitum eremiticum.
 12 Eremitae primi, & secundi generis gaudent privi-
 legio fori, & privilegio canonis; de primis enim ne-
 fas esset hoc dubitare, cum sint vere & proprie Reli-
 giosi, de secundis quod gaudent, nedum privilegio fori

sed etiam canonis, tenet expresse Silvester in verb.
 Eremita quest. 1. num. 2. & in verb. Ecclesia 1. §. 5.
 dist. 6. num. 6. & cum multis Fagnan. loc. cit. ad
 num. 55. ad 60. Eremitae tertii generis etiam gaudent
 privilegio fori, & canonis; Silvester verb. Ecclesia 2.
 §. 5. dist. 6. Armilla verb. Eremita num. 3. Navarr.
 in Manual. cap. 17. sub num. 79. in fin. & Comment. 2.
 num. 44. de Regularibus, D. Nicolaus Boer. in tract.
 13 de statu, & vita Eremit. num. 13. & 14. Covar.
 pract. q. cap. 34. num. 4. Carolus de Grassis de effect.
 Cleric. effect. 1. num. 105. Aloysius Ricc. 2. part. prax.
 resolut. 149. Leonard. Duar in comment. lib. 2. can. 15.
 q. 6. cum sua addit. Ricciol. lib. 3. de quib. cap. 3. in
 secundo casu. Bonacina tom. 3. de centuris disputat. 1.
 q. 16. sect. 1. punct. 3. num. 19. Barbosa part. 2. de
 offic. & potest. Episcop. delegat. 12. num. 41. & lib. 1. Ju-
 ris eccles. univers. cap. 39. num. 45. Navarr. 1. part.
 q. 67. multis allegatis ad num. 1. usque in fin. de elect. Fori.
 Lezana pluribus citatis part. 2. cap. 7. num. 4. & 5.
 Fagnan. in cit. cap. Nullus 2. de foro competenti num. 61.
 & cum multis aliis Reiffenstuel lib. 3. decretal. tit. 1.
 num. 25. arg. cap. Qui vere 16. q. 1. ibi: Qui vere,
 pureque solitariam eligunt vitam, digni sunt convenien-
 ti honore, & Glossa ibidem verb. Vere, & arg. cap.
 Duo sunt genera 12. quest. 1. ubi illud christianorum
 genus reputatur inter Clericos: Quod mancipatum di-
 vino officio & deditum contemplationi, & orationi, ab omni
 strepitibus temporalium cessare convenit. Isti autem adnu-
 merantur Eremitae recepti auctoritate Episcopi diocesa-
 ni ad servitium alicujus ecclesiae, vel oratori, adeoque
 &c. & quod tales Eremitae sint personae ecclesiasticae
 censuit Sacra Congreg. Episcop. in Fundana 17. Jan. 1594.
 ut refert Barbosa de cit. Apostolic. verb. Eremita num. 2.
 Non desunt tamen, qui tenent contrarium, & maxime
 14 de privilegio canonis, ut Cardinalis in clementin. Per
 literas, de praebendis, & alii, quos citat Fagnan. loc.
 cit. num. 62. Eremitae quarti generis non gaudent, nec
 15 privilegio fori, nec privilegio canonis, ut de communi
 testatur Fagnan. loc. cit. num. 63. Reiffenstuel loc. cit.
 num. 28. & alii passim.
 Deputatio Eremitae pro custodia ecclesiae potest per-
 16 tinere ad laicos, sed approbatio semper spectat ad Episco-
 pum; Sacr. Congr. Concil. in Albanen. 10. Maii 1629.
 Pro istis Eremitis varie emanarunt Ordinationes, quae
 hic ad litteram subnectuntur; & in primis datur edic-
 tum emanatum sub Clemente XI. 6. Octobris 1702.
 (Innuit aliquid praevium cum leg. 1. tit. 7. atque
 praevium cum leg. 1. tit. 12. p. 1. Ad eandem viam
 etiam glori. D. Gregor. Lopez. Circa immunitatem, praevium
 17 etiam a collectis, quae Tertiarii, Oblati, Eremitae, &
 Beatae gaudent, nullum dubium hodie oritur, si atren-
 ditur decisio textus in leg. 1. tit. 14. lib. 6. Recop.
 Carr. quae quidem non videbatur necessaria, praevium oculis
 habita leg. 1. tit. 12. jam citat. nam in ea asserturum,
 signum religionis alicujus accipientem, domoque sua
 viventem immunitatibus, quibus sub Praelati obedi-
 entia degentes perfruuntur, gaudere non debere; in me-
 dium nihilominus quaestiones suborta ne redigerentur,
 dicta decisio viam aperuit: insuper decernendo omnes
 regulam aliquam profitentes, si per se suis domibus
 vitam agunt, bonaque sua administrant, contributo-
 nem non effugere; Recognoscitur D. Didacus de Bal-
 maseda in suo tractatu de Collectis quest. 27. ubi
 varias remissiones aperies per quas, si attente percur-
 18 reris, major claritas patebit. Vid. lit. B. ex pag. 397.
 ad 419. verb. Clericus, verb. Gabella, verb. Hierosoly-
 mitani Milites, praesertim in addit. hisp.)
 EDICTUM
 Pro Eremitis.
 Gasparo per la misericordia di Dio Vescovo di Sabana
 della S. R. C. Card. Carpegna, della Santita di
 N. S. Vicario Generale &c.
 PER impedire molti gravi inconvenienti ed evita-
 18 re li scandall, che frecuentemente succedono in
 questa Alma Città, per causa d' alcuni Vagabondi,
 che